Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Super Quintodecimo Sextodecimo . Decimoseptimo et decimooctauo
articulis ∽∽∽∽∽∽ testes examinati dixerunt ut ad primum stetum et
Superdecimonono articulo incipien Item qd post mortem suam clarum et
testis examinatus dicit articulum esse verum quia audiuit plura et diuersa
miracula circa Tumbam beati Leopoldi et per eius intercessionem facta esse
interrogatus infra interrogatoria supremus vt premittit de scriptis Testis
respondendo dixit qualiter de anno domini Millesimo quadringentesimo
Sexagesimonono circa festum Sancti Michaelis tempore Vindemiare
Ipse et Anna vxor eius nepos videlicet filius eorum tunc sive etatis Anno
quarto omnes tres in quadam graui infirmitate detenti erant adeo qd per
tres ebdomadas in lecto egritudinis decubuerunt propter qd ipse testis iam de
speratus quasi et multum angustiatus erat ex eo qd non valuit laborare et
alia non habebat vnde victum et pecunia mutuaret eos sic in Angustia
magna iacentes inuocauit beatum Leopoldum et vouit sibi si eos ab hinc
infirmitatis liberaret se votum et pecunia ad Tumbam suam cum media
libra cere velle presentare statim post emissum votum huiusmodi votum
sive expressit que asseruit et illico post medium horam omnes tres ex lecto
egritudinis surrexerunt et sanati fuerunt gratias agentes deo omnipotenti et
beato Leopoldo et nocessimum votum huiusmodi feliciter compleuerunt credens ipse
testis firmiter hoc ex merito beati Leopoldi miraculose contigisse
Super vicesimo articulo incipien Item qd eiusmodi miracula et testis exa-
minatus dicit articulum esse verum quia propter hoc maduliu eorum denuo
augmentata sit et in dies augeatur
Super vicesimo primo et vicesimo secundo articulis incipien Item qd talia
miracula et Item qd omnia miracula et testis examinatus dicit articulos
esse veros quia aliter fieri posse non credit
Super vicesimotertio articulo incipien Item qd quotidie et testis examinatus
dicit articulum esse verum quia ex post et pauci diebus elapsis audiuit
plura et diuersa miracula facta esse sed nescit qualia
Super vicesimoquarto articulo incipien Item qd de predictis omnibus et testis
examinatus dicit articulum esse verum quia semper ita audiuit
Et fuit sumuctum ab testi prout est moris et
Hadie die fuit examinatus Discretus vir Lucas hospitalarius in Nerenburg
Gracluscirche Patrimen dicit etatis sue annorum Septuaginta vel circa
qui deposuit ut sequitur
Et Primo super primo Secundo et aliis articulis vsque ad duodecimum
inclusive testis examinatus dicit articulos esse veros quia semper ita a
senioribus suis audiuit et qd hodie adhuc cognominatur Puns apparitio
Super Tertiodecimo et Quartodecimo articulis incipien Item qd a sede
Apostolica et Item qd propter virtutem et bona opa sua et testis examinatus